



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LXXV. Bischof Albert von Halberstadt beruft den Johann Pozlau zu der dritten sich im Domstifte erledigenden Präbende, am 17. Nov. 1304.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

peragetur, vtpote pro nostris fratribus vniuersis. Residuam autem dimidietatem dicti chori nobis contulit pro se ipso et vxore nunc Swonehilde: et quando ipsos contigerit in domino feliciter obdormire, eorum memorie et anniuersarii, cum occurrerint, debent nobiscum in diuinis sollempniter celebrari. Nos igitur prefati Jordani fidem et merita, quam circa nostram gessit Ecclesiam, intuentes, eciam quod fides suos cultores dignis semper debeat honorare preconis, sepeditum Jordanum in nostre Confratrem recipimus Ecclesie cum vxoribus memoratis, Largientes eisdem participacionem omnium bonorum, que per Nos nostrosque Confratres vniuersos operari dignabitur clementia saluatoris. Ad removendam autem omnem calumpniam, quam circa ipsam donacionem futuris possit temporibus suboriri, presentes litteras exinde conscribi et sigillo nostri Capituli fecimus communiri. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. In die Purificacionis virginis gloriose, Presentibus domino Martino Decano, Domino bertoldo preposito Stolpeni, Domino Zacharia, Domino frederico de Medestorpe Domino Conrado de Haffia et ceteris pluribus fide dignis.

**LXXV.** Bischof Albert von Halberstadt beruft den Johann Pozlau zu der dritten sich in Domsifte erledigenden Präbende, am 17. Nov. 1304.

Albertus, dei gracia halberstadenfis ecclesie Episcopus, dilecto filio Johanni Pozlau clerico salutem in filio virginis gloriose. Cum ex officii nostri debito, clamore populari excitati, ad obuiandum scandalo electiones plurimas ad vacaturas minus prouide et contra ius in ecclesia Stendaliensi factas, iurisperitorum consilio requisito, cassauerimus imo cassas et irritas nunciauerimus, volentes dicte ecclesie de ministris ydoneis et competentibus, ipsius Ecclesie decani et Capituli consilio ad hoc adhibito plenarie et assensu, prout expedit, prouidere, Tue igitur persone circumstanciis consideratis, quia per nos vita, conuersacione, litteratura aliisque meritis ad optinendum Ecclesiasticum beneficium ydoneus es repertus, tibi, dilecte fili, in Ecclesia Stendaliensi predicta Titulum tertium et prebendam tercio vacaturam auctoritate apostolica et potestate, nobis a decano eiusdemque Ecclesie capitulo predictis specialiter ad hoc tradita et concessa, pure et libere conferimus propter deum, inuestientes te per nostrum annulum de eadem, super quo nostro appenso sigillo presentibus te munimus. Datum Halberstad, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>, V<sup>o</sup>. kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

**LXXVI.** Das Domsift beurkundet die Stiftung eines Altars durch den Domherrn Friedrich von Mehdorf, am 1. Jan. 1306.

In nomine domini amen. Meynardus dei gratia prepositus ac Martinus eadem gratia Decanus totumque Capitulum ecclesie sancti Nicholai in Stendal vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Cum omnium habere memoriam etc. — Hinc est quod tenore presentium publice protestamur, Quod cum vir Discretus Dominus fredericus de Metztorp, quondam noster Concanonicus, felicitis Recordationis et memorie, in vltima sua voluntate se sentiens moriturum, ad constructionem seu foundationem cuiusdam altaris in nostro conuentu quandam summam pecunie deputaret, videlicet Sexaginta marcas argenti Brandenburgensis et eiusdem ponderis, Nos de assensu Suorum Testatorum virorum discretorum, vtpote domini petri nostri plebani et domini alberti nostri vicarii et domini hinrici de Sancto Spiritu ac aliorum fide